

vit, ac subinde factus est deterior. Hac est enim rerum Successu  
 humanarum conditio, ut successu temporum omnia in peius temporum  
 ruant: ac quemadmodum semina, & planta, paulatim omnia in  
 degenerant: ita quoque homines singulis etatibus deteriores peius ru-  
 nasci manifestum est. Quod ut significarent Poeta, con- uunt,  
 sinxerunt Metamorphosin etatum: ac fabulati sunt pri-  
 mam ex aurea factam esse argenteam, deinde ex argentea  
 factam esse aeneam, ac postremo ferream. Dicitur autem Prima etas  
 prima etas aurea, tum propter naturam & bonitatem cur aurea  
 hominum, tum propter facilitatem victus ac tranquill- dicta.  
 tatem vite. Primi enim homines & natura erant prestan-  
 tiores, atque vivaciores, quam nunc sunt: & sapientia ex-  
 cellebant, id quod indicant Varietates ab illis inventae: &  
 pie, iuste, temperanterque vivebant. Cumque initio & aer  
 salubrior esset, & terra fecundior, non solum quia natura  
 prior erat origini, sed etiam quia minus erat scelerum,  
 victus facile parabatur, qui nunc multa cultura & ma-  
 gno labore queritur: omnesque ut erant liberi, ita nemo la-  
 borum sollicitudine, nemo opum cupiditate angebatur.  
 Hinc boni homines apud Theocritum aurei viri dicuntur:  
 Et Socrates apud Platonem in Cratylo, Si quis (inquit)  
 nunc ex nostris bonus sit, an ne putes hunc aurei generis ab  
 Hesiodo aestimari? Ac videtur hac fabula de quatuor eta-  
 tibus nata ex Danielis historia de illa statua in somno à  
 Rege visa, in qua prima Monarchia pingitur aurea, se-  
 cunda argentea, tertia aenea, quarta ferrea: estque veri-  
 simile, hanc ipsam historiam Græcis fuisse non ignotam, ut-  
 pote qui multum commercii olim cum Aegyptiis habuerunt.

## FAB. IV. POSTQVAM &C.

### De quatuor anni temporibus.

Occasio fabule de Saturno misso in Tartara, sumpta est  
 ex profunditate aeris. Saturnus enim movetur omnium  
 Planetarum extremus, estque longissime submotus à terra: Saturnus  
 & ingens cæli altitudo appellatur Tartarus. Nec facile missus in  
 animadvertitur illius motus, cum ipse in conficiendo cursu Tartara.

A 4 ita